



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 59. Comminæus captus cum pluribus aliis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. dati exitum præstolaturus, quorum etiam  
 A.C. 1486. solertiæ optatus collusit eventus; quippe  
 concordiae foedus in Castro Brientii firmatum est, hisce pacis conditionibus; mitteret Rex in Britanniam haud plures, quam quadringentos Lancearios, & quatuor millia peditum; excederet cum hisce copiis ex Britannia, quam primum Aurelianensis, ejusque sectatores inde discesserint; nullam urbem vel obfideret vel caperet absque Rivenarum Marefcalli consensu; nec ullam Ducatus partem sibi vendicaret; Timebant enim Britones, ne Rex Britanniam sibi subjicere tentaret: huic ergo periculo, ut obviarent, solliciti erant.

Chateau  
 Briant.

## §. LIX.

*Comminæus captus cum pluribus aliis.*

Comm. l. 6.  
 c. 12.

Sub idem tempus Philippus Comminæus de clandestinis cum Aurelianensi consiliis suspectus, custodiæ datus est, unacum Culantio, Geofrido de Pampadour Petrocorienti Episcopo, Georgio de Arabasia Montis Albani Antistite, & Bussyo ejusdem fratre. Perfidiae convicti erant per complures literas incognitis notis descriptas, ac casu interceptas. Comminæus primum Lochiam deductus, in ferrea cavea per octo circiter mens-



ses captivus hærebat, ut ipsemet testatur, <sup>sæcul. XV.</sup>  
 qui idem commemorat, quod Virdu- <sup>A.C. 1486.</sup>  
 nis Episcopus harum cavearum Auctor in  
 omnium primam a se inventam conje-  
 ctus, & solidos quatuordecim annos ibi  
 detentus fuerit; additque Comminæus,  
 se haud ferendis cruciatibus fuisse vexa-  
 tum, quin tamen Aurelianensis Dux,  
 cujus gratia hanc sibi calamitatem ad-  
 sciverat, vel minimum mali levamen au-  
 ctoritatem suam procurare conatus fuisset.  
 Tandem Lochia Lutetiam ad carceres, *Tournelle*  
 ubi delegata supremæ Curie Parisiensis  
 judicia exercentur, translatus toto sesqui  
 anno ibi detinebatur, donec ei ad suæ con-  
 jugis preces, pro instruendis causæ actis  
 Commissarii dati essent. Juxta præscri-  
 pta legum interrogatus, tanta animi con-  
 stantia, rerum ordine, perspicuitate, ac  
 vigore respondit, ut ab omnium crimi-  
 num sibi impactorum culpa ex judicium  
 sententia absolveretur; inde vero Ar-  
 gentonium in Pictavia ad sua se recepit,  
 haud ultra a domo sua recedens, nisi ubi  
 Carolus VIII. Regem in bello Neapoli-  
 tano comitari jubebatur.

§. LX.

*Epistolæ Pontificis ad Reges Catholi-  
 cos de eorum victoriis.*

Innocentius Papa, compertis felicibus *Raynald. an.*  
 Ferdinandi Arragonum Regis in Gra- *1486. n. 53.*  
*55.*  
 naten-

X 5